Priamo charissimum quod fera nisi canes sepulere? Hyrcanis
omnibus quod sepulchrum fuit nisi in canibus? sed quid damni non
infert canis rabie infestus impotentisque exagitatus? an non illud
tunc omnes fugere, ac non omnes declinare? et ipsi caeteri canes, sibi
a tali cavere videntur? et meritò, namque ille tunc more omnis
impatiens utique discurrit, multa ore expuens spumam, omnes obliquo
vagoque obtutu aspicit, guttur interius fremit, intumescunt vero
horribilibus interciliis ad vim inferendam promptus intentusque,
atque animus infesta rabie semper armatus. Tunc in obvios
quosque invehitur, nullo latratu dato, ne maturè declinare, vel
praemunire se quis valeat, invectus pestilenti morsu vulne
rat, lacerat, eademque saepius mox inficit rabie, ~~etiam~~ con
tra umbram suam latrat, non corrupta cholera ineptissimus etiam
lunam, et si canis quispiam ab hac Megora morsus ut dixi ea
dem rabie afflictus solivagus semper, semper dolens, ut solus agat
inter homines ferasque vagatur, usque dum tandem hac vertigi
ne, hoc in furore, et rabie prae doloris magnitudine, qua inde
cruciatur, intereat. Sed quid homo talis furio morsu qui vel
necatus, quid patitur? Hoc ipsa Aud. Spectatissimi, hoc ipsa,
vel etiam maiora incurrit mala, praetermitto namque hosce
terribilia somniare, praetermitto ipsos sine causa stupidos effi
ci, neque inter damna a morsu canis homini illata annu-
mero, hoc vero proferenda in medium puto, quo illi in publi
cum dum prodeunt perpeti, sufferreque coguntur. Namque hi omnes
respicere, respici a nullo volunt, et a quoquam si vel obliquè
in se oculos conversos sentiant, prô quo mentis turbatio, quis